

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8954

Auteur(s) : Gautier d'Aigneaux [particulier]

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1182-1210]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Gautier d'Aigneaux, avec l'accord de son fils Philippe, donne aux moines de Barbery trois terres de 10 acres et demie, de 3 acres et d'une demi-acre sises à Saint-Contest. Il donne également tout le fief de vilainage tenu par Hervé fils d'Anquetil, le fief de vilainage tenu par Geoffroy de Cotentin et le tènement tenu par Hugues Guischart.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1755 (n° 24).

Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

Cet acte est postérieur à la charte de confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1182-1189 qui ne l'évoque pas. Les actes de l'abbaye de Barbery portent une date millésimée quasi systématiquement à partir d'environ 1210. Cet acte peut être antérieur à cette date.

Texte d'après A

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Galterus de Agnis cum assensu et voluntate Philippi filii mei pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum donavi Deo et Beate Marie et monachis Barbereii in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et seculari exactione et ab omni re que potest evenire penitus absolutam, apud Sanctum Contest in profunda cultura decem acras terre et dimidiam acram, juxta terram Gaufridi de Costentin ex una parte, et juxta terram Henrici filii Helie de Matuen ex altera ; et tres acras terre in canpo Aelais, quas tenet Johannes filius Odonis in feodo ; et super gardinum ejusdem Johannis dimidiam acram terre, pro quo tenemento idem Johannes et heredes ipsius reddent prefatis monachis singulis annis in perpetuum sex sextarios frumenti et unam minam frumenti ad mensuram quartarii domini ipsius ville ; et totum feodum vilanagii quod tenet Herveus filius Anquetilli reddens pro eo decem et octo sextarios frumenti in Septembri, et ad Natale pro regardis quatuor Cenomonensium pro pane, et quatuor gallinas, et ad Pascha quatuor Cenomonensium pro pane, et quadraginta ova ; et feodum vilanagii quod tenet Gaufridus de Costentin reddens pro eo duodecim sextarios frumenti, et pro regardis ad Natale duos Cenomonensium et duas gallinas, et ad Pascha duos Cenomonensium et viginti ova ; et tenementum quod tenuit Hugues Guischart de me et patre meo, pro quo heres ejusdem Hugonis reddet dictis monachis quatuordecim boissellos frumenti in Septembri, ad mensuram supradictam, et ad Natale pro regardis duos capones, et ad Pascha triginti ova. Hanc autem donationem meam ego et heredes mei tenemur garantizare bona fide pro posse nostro predictis monachis. Et si non poterimus garantizare,

faciemus eis equivalens excambium in alia terra nostra. Ut autem hec omnia rata permaneant presenti carta sunt annotata et sigilli mei et sigilli Philippi filii mei munimine roborata.